

parte Atasis versus territorium paduanum pertinentibus sicut te-  
 » neri consueverat per commune Padue antequam dominus Canis  
 » grandis de la Scala habuisset dictum castrum, voluntarie libere  
 » et expedite et omni modo et forma quibus melius et efficacius  
 » potuit et potest, dedit, concessit, tradidit et dimisit atque dat, con-  
 » cedit, tradit et dimittit prefatis domino duci et communii Venetia-  
 » rum et in eorum manus et fortiam ad dicto domino Nicolao Pi-  
 » storino sindico et procuratori ipsorum domini ducis et communis  
 » sindicario et procuratorio nomine pro eis stipulanti et recipienti  
 » ad faciendum et disponendum de eis sicut eisdem domino duci  
 » et communii Venetiarum videbitur et placebit. Ita tamen quod  
 » pons, cathena et rastellus dicti castri desuper Atasim tollantur et  
 » removeantur ex toto, ita quod nullo unquam tempore, aliquod ibi  
 » vel alibi, supra vel infra, in terra vel aqua, occasione ipsius loci  
 » vel castri exigatur vel exigi possit a mercatoribus vel de merca-  
 » tionibus aut aliis personis vel de aliis rebus ascendentibus vel  
 » descendantibus per inde aliquo modo vel ingenio. Turris vero,  
 » que est ab alio latere Atasis per directum dicti castri, pro-  
 » sternatur omnino. Sed si qui districtuales dominorum de la Scala  
 » haberent terras vel possessiones in pertinentis dicti castri eis de  
 » jure spectantes debeant ipsis gaudere pacifice et quiete (1).

(1) Dal luogo che ho indicato, sino a questo è compreso il brano che il Verci sostituì nel documento bassanese a tutto ciò ch'egli non fu in grado di leggervi. Perchè si veda quanto era necessario, ch'io ne supplissi il difetto col trascrivere dall'archivio nostro il lungo brano, che in quello mancava, soggiungo qui le compendiose ed alterate parole di esso : le quali sono così : videlicet Pexam, Bugianum, Collem et Altum passum, loca communis et districtus Luce cum eorum districtibus, castris, fortaliciis, jurisdictionibus ac pertinetiis eorum, quibus dicti sindici ac

» procuratores Communis acquie-  
 » scunt etc. — Item antedictus Franciscus  
 » procurator et sindicus domini Mastini et  
 » Alberti de la Scala civitatem Tarvisii  
 » cum omnibus castris et fortaliciis posses-  
 » sis a dictis dominis Mastino et Alberto in  
 » dicta civitate et in toto ejus territorio et  
 » districtu toties oblatis antedicto domino  
 » ducis et communii Venetiarum et omnia  
 » jura que ullo modo illi spectant et per-  
 » tinent vel que compelere possunt dictae  
 » civitati, castris, locis, jurisdictioni civita-  
 » tis illius et districtus, dat, tradit et cedit  
 » et libere ac expedite relinquunt preno-